

in regem in Hebron, lib. 2 Reg. c. 2, v. 4, et tertio c. 5, v. 5, cum tamen secretò prius unctus à Samuele foret in paternà domo. Neque capite sequenti Samuel novum regem appellaret Christum, id est, unctum, nisi publicè unctum esse constaret. Deinde in hæc innovatione, sive inauguratione Sæulis oblate sunt victimæ, de inaugurations Sæulis oblate sunt victimæ,

CAPUT XII.

1. Dixit autem Samuel ad universum Israel : Ecce audivi vocem vestram, juxta omnia qua locuti estis ad me, et constituti super vos regem.

2. Et nunc rex graditur ante vos. Ego autem sensi, et incanavi : porrò filii mei vobiscum sunt; itaque conversatus coram vobis ab adolescentiæ mè usque ad hanc diem, ecce præstò sum.

3. Loquimini de coram Domino, et coram Christo ejus, utrum boven cuiusquam tulerint aut asinum : si quæpiam calumniatus sum, si oppressi aliquem, si de manu cuiusquam manus acceperì : et contemnam illud hodiè, restituamque vobis.

4. Et dixerunt : Non es calumniatus nos, neque oppressisti, neque tulisti de manu alieni quidpiam.

5. Dixitque ad eos : Testis est Dominus adversum vos, et testis Christus ejus in die hac, quia non inveneritis in manu mè quidpiam. Et dixerant : Testis.

6. Et ait Samuel ad populum : Domi-

(1) Septuaginta et Josephus habent hic : *Uexit Samuel ibi Saul; cùm in Hebreo et in Vulgata legatur : Fecerat ibi regem Saul coram Domino.*

Les impostures ne content rien à nos adversaires, mais toutes sont réfutées par l'histoire : Les habitants de Jéricho-Galad, attaqués par les Ammonites, disent-ils, ont recours à Saul; ce prince qui n'osait encore agir en son propre nom envoie des ordres au nom de Samuel, pour rassembler le peuple, se mit à la tête, défit les Ammonites, et sauva son pays. Ce succès gagna au roi l'affection et la confiance du peuple. Samuel, forcé de céder au vœu général, proposa d'aller à Galgal renouveler l'élection du roi. L'homme de Dieu ne pardonna jamais à Saul les succès qui lui avaient attiré l'affection de ses sujets; à compter de ce moment, il y eut une médisseur continue entre eux : Samuel traversa continuellement les dessins de son roi, et tâcha de les faire échouer. (Duclot.)

quibus nihil prius factum esse legimus. Porro in designando ac constituendo rege, holocausta adhiberi solitum diximus supra, c. 10, in principio. Quomodo extra tabernaculum offerri potuerit sacrificia, eo saltem tempore, quo tabernaculum vacuum erat ab arca, dictum est supra, cap. 7, in fine (1).

CHAPITRE XII.

1. Alors Samuel dit à tout le peuple d'Israël : Vous voyez que je me suis rendu à tout ce que vous m'avez demandé, et que je vous ai donné un roi.

2. Et vous avez maintenant un roi à votre tête. Pour moi je suis vieux et déjà tout blanc; et mes enfants sont maintenant avec vous comme de simples citoyens, hors d'état de me défendre. Ayant donc vœu parmi vous depuis ma jeunesse, et ayant eu le manement des affaires jusqu'à ce jour, me voici en votre présence, prêt à vous rendre compte de mon administration.

3. Déclarez devant le Seigneur, et devant son Christ, si j'ai pris le bœuf sur l'ane de personne, si j'ai imputé à quelqu'un de faux crimes, si je l'ai opprimé, si j'ai reçu des présents de qui que ce soit pour vendre la justice, et je vous satisfierai et vous le rendrai présentement.

4. Ils lui répondirent : Vous ne nous avez point opprimés, ni par de faux crimes ni par violence, et vous n'avez rien pris de personne injustement.

5. Samuel ajouta : Le Seigneur m'est donc témoin aujourd'hui contre vous, et son Christ m'est aussi témoin que vous n'avez rien trouvé à redire à ma conduite. Le peuple lui répondit : Oui, ils en sont témoins.

Il est faux que Saul n'ait osé agir en son propre nom, et qu'il ait envoyé des ordres au nom de Samuel ; le prophète était absent, l'ordre de Saul était absolu : *Si quelqu'un refuse de suivre Saul et Samuel, ses bœufs seront mis en pièces.*

Ce n'est point sur ce ton que le prophète avait eu coutume de donner ses ordres. Il est faux que Samuel ait été fâché du succès de Saul, et qu'il ait été forcé de céder au vœu du peuple. C'est lui-même qui proposa de confirmer l'élection de Saul pour fermer la bouche aux mécontents. Dans l'assemblée, il rend compte de sa conduite, il prend le roi même pour juge ; il rassure le peuple sur les suites de son choix ; il promet au roi et à ses sujets les bénédictions de Dieu, s'ils continuent à le servir. Il borne son propre ministère à prier pour le peuple et à lui enseigner la loi du Seigneur. Est-ce là le langage et la conduite d'un vaillant ambiteur? il est donc faux que Samuel ait traversé les dessins de son roi, et qu'il ait tâché de les faire échouer.

(Duclot.)

nus, qui fecit Moysen et Aaron, et eduxit patres nostros de terrâ Ægypti.

7. Nunc ergo state, ut judicio contendam adversum vos coram Domino, de omnibus misericordiis Domini, quas fecit vobiscum et cum patribus vestris :

8. Quomodo Jacob ingressus est in Ægyptum, et clamaverunt patres vestri ad Dominum : et misit Dominus Moysen et Aaron, et eduxit patres vestros de Ægypto, et collocavit eos in loco hoc.

9. Qui oblitì sunt Domini Dei sui, et tradidit eos in manu Sisarae, magistri militiæ Hasor, et in manu Philistinorum, et in manu regis Moab, et pugnaverunt adversum eos.

10. Postea autem clamaverunt ad Dominum, et dixerunt : Peccavimus, quia dereliquimus Dominum, et servivimus Baalim et Astaroth: nunc ergo erue nos de manu inimicorum nostrorum, et seruiremus tibi.

11. Et misit Dominus Jerobaïl, et Badan, et Jephthé, et Samuel, et eruit vos de manu inimicorum vestrorum per circuitum, et habitastis confideanter.

12. Videntes autem quid Naas rex filiorum Ammon venisset adversum vos, dixistis mihi : Nequaquam, sed rex imperabit nobis : cùm Dominus Deus vester regnaret in vobis.

13. Nunc ergo præstò est rex vester, quem elegistis et petistis : ecce dedit vobis Dominus regem.

14. Si timueritis Dominum, et serviritis ei, et audieritis vocem ejus, et non exasperaveritis os Domini, eritis et vos, et rex qui imperat vobis, sequentes Dominum Deum vestrum.

15. Si autem non audieritis vocem Domini, sed exasperaveritis sermones ejus, erit manus Domini super vos et super patres vestros.

16. Sed et nunc state, et videte rem

faict Moïse et Aaron, et qui a tiré nos pères de la terre d'Ægypte est *dans* *temoin*.

7. Venez maintenant en sa présence, afin que je vous appelle en jugement devant lui, sur toutes les miséricordes qu'il vous a faites à vous et à vos pères, et sur toutes vos infidélités.

8. Vous vous souvenez de quelle manière Jacob entra dans l'Ægypte, comment vos pères crièrent au Seigneur ; et le Seigneur envoya Moïse et Aaron, tira vos pères de l'Ægypte, et les établit dans ce pays-ci.

9. Ils oublièrent depuis le Seigneur leur Dieu, et il les livra entre les mains de Sisara, général de l'armée d'Hasor, entre les mains des Philistins, et entre les mains du roi de Moab et du roi des Ammonites, qui combattaient contre eux.

10. Ils crièrent ensuite au Seigneur, et lui dirent : Nous avons péchié, parce que nous avons abandonné le Seigneur, pour servir Baal et Astaroth ; mais délivrez-nous maintenant de la main de nos ennemis, et nous vous servirons.

11. Le Seigneur envoya ensuite Jérobaïl, Badan, Jephthé et Samuel, et vous délivra de la main de vos ennemis qui vous environnaient ; en suite de quoi vous êtes demeurés dans une pleine assurance.

12. Cependant, après tant de bienfaits, voyant que Naas, roi des enfants d'Ammon, était venu contre vous, et avait été vaincu par Saul, au lieu de reconnaître Dieu pour l'auteur de cette victoire, vous m'êtes venu dire : Non, nous ne changerons point de résolution, mais nous aurons un roi qui nous gouvernera ; quoique alors le Seigneur votre Dieu fut le roi qui régnaît sur vous.

13. Vous avez donc maintenant votre roi tel que vous l'avez choisi, et que vous l'avez demandé. Vous voyez que le Seigneur vous a donné ce roi, dont la demande lui a été si injurieuse.

14. Cependant si vous craignez le Seigneur, si vous le servez, si vous écoutez sa voix, et que vous ne vous rendiez point rebelles à sa parole, vous serez heureux, vous et le roi qui vous gouverne, en suivant le Seigneur votre Dieu.

15. Si, au contraire, vous n'écoutez point la voix du Seigneur, et que vous vous rendiez rebelles à sa parole, la main du Seigneur sera sur vous, comme elle a été sur vos pères.

istam grandem, quam facturus est Dominus in conspectu vestro.

17. Numquid non messis tritici est hodiè? invocabo Dominum, et dabit voces et pluvias: et sciatis, et videbitis quia grande malum fecerit vobis in conspectu Domini, potentes super vos regem.

18. Et clamavit Samuel ad Dominum, et dedit Dominus voces et pluvias in illa die.

19. Et timuit omnis populus nimis Dominum et Samuelem, et dixit universus populus ad Samuelem: Ora pro servis tuis ad Dominum Deum tuum, ut non moriamur; addidimus enim universis peccatis nostris malum, ut peteremus nobis regem.

20. Dixit autem Samuel ad populum: Nolite timere: vos fecistis universum malum hoc: verumtamen nolite recedere à tergo Domini, sed servite Domino in omni corde vestro:

21. Et nolite declinare post vana, quae non prouderunt vobis, neque cruent vos, quia vana sunt:

22. Et non derelinquet Dominus populum suum, propter nomen suum magnum, quia juravit Dominus facere vos sibi populum.

23. Absit autem à me hoc peccatum in Dominum, ut cessem orare pro vobis, et docebo vos viam bonam et rectam.

24. Igitur timete Dominum, et servite ei in veritate et ex toto corde vestro: videlitis enim magnificat que in vobis gesserit.

25. Quòd si perseveraveritis in malitia, et vos et rex uester pariter peribitis.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — DIXIT AUTEM SAMUEL AD UNIVERSUM POPULUM ISRAEL: ECCE AUDIVI VOCEM VESTRAM (1). Habuit Samuel, ut antea seipso in Gal-

(1) Samuel dicit au popule: Je me suis rendu à

16. Mais de plus, prenez garde à vous maintenant, et considérez bien cette grande chose que le Seigneur va faire devant vos yeux.

17. Ne fait-on pas aujourd'hui la moisson du froment? Et n'est-ce pas maintenant la saison où l'on ne voit ni pluies ni tonnerres? Cependant je vais invoquer le Seigneur, et il fera éclater les tonnerres et tomber les pluies, afin que vous sachiez et que vous voyiez combien est grand devant le Seigneur le mal que vous avez fait en demandant un roi.

18. Samuël cria donc au Seigneur, et le Seigneur, en ce jour-là, fit éclater les tonnerres et tomber la pluie.

19. Et tout le peuple redouta la puissance du Seigneur et de Samuël, et ils dirent tous ensemble à Samuël: Priez le Seigneur votre Dieu pour vos serviteurs, afin que nous ne mourions pas; car nous avons encore ajouté ce péché à tous les autres que nous avions faits, de demander un roi qui nous gouverne, *au lieu du Seigneur qui nous a gouvernés jusqu'à présent*.

20. Samuël répondit au peuple: Ne craignez point: ce prodige n'est que pour vous instruire, et non pour vous perdre; il est vrai que vous avez fait tout ce mal, mais néanmoins ne quittez point le Seigneur, et servez-le de tout votre cœur;

21. Ne vous détournez point de lui pour suivre les choses vaines, comme sont les idoles qui ne vous serviront point, et qui ne vous délivreront point, parce qu'elles sont vaines:

22. Et le Seigneur, pour la gloire de son nom, n'abandonnera point son peuple, parce qu'il a juré qu'il ferait de vous son propre peuple.

23. Pour moi, Dieu me garde de commettre ce péché contre lui, que je cesse jamais de prier pour vous; je vous enseignerai toujours la bonne et la droite voie.

24. Craignez donc le Seigneur, et servez-le dans la vérité et de tout votre cœur; car vous avez vu les merveilles qu'il a faites parmi vous.

25. Si vous persévérez à faire le mal, vous périrez tous ensemble, vous et votre roi.

populus dissolutis comitiis dilabetur, integratatem suam coram omnibus probari voluit, aut spectari Samuel. Quare concionio habuit plenam dignitatem, plenam officii, vitamque suam et administrationis modum: inquis etiam iudicibus explorandum et examinandum proposuit; paratus redire, si quidpiam iniquum ab aliquo sustulisse arguitur; neque verendum esse cuiquam putabat, quoniam objectare audeat quidquid in ipsis vitâ minus prohet, aut quod velit à lege, aut publico iudicio correctum, cum iam ipse, novo creato rege, digitatim, quam habuit illuciusque supremam et regiae proximam, depositur; neque timendum, ne possit ablata restituere, aut illatum dannum instaurare, licet jam extrema obrepserit senectus, et canitatem advenierint, qui sunt adventantes jam mortis fidèles nuntii; cum filii ipsius sani inter ipsis et incolumes vivant, qui praestare poterunt, quod pater intercepit naturem necessitatis non potuit. Id enim, ut opinor, valet illud: *Et rex nunc graditur ante eos; id est, ego jam nunc personam publicam, aut regiae proximam non sustineo; cum homine privato vobis agendum est, qui nullam potentiam, aut autoritatem habeat, quans opponat: Ego autem senui, et incanavi, porr̄ filii mei vobiscum sunt; id est, si etas militi jam grandi, et effeta vitam absulerit, superstites sunt filii, qui, quod meum est partium, ipsi praestabunt.*

VERS. 2. — ITAQUE CONVERSATUS CORAM VOBIS AB ADOLESCENTIA MEA USQUE AD HUNG DIEM, ECCE PRESTO SUM (1). Ex hoc loco et superiori con-

mes chrétiens pour nous-mêmes; nous sommes ministres de l'Eglise pour les autres. Le premier état est très-sûr quand il est innocent, parce qu'un homme ne répond alors que de lui seul; mais le second est exposé à de grands perils. C'est pourquoi les vrais serviteurs de Dieu s'engagent dans les charges de l'Eglise, avec répugnance et avec peine, et ils les quittent avec joie. C'est ce qui paraît ici dans la personne de Samuël: *J'ai établi, dit-il, un roi sur vous. C'est lui qui doit vous gouverner à l'avvenir. Mes enfants seront parmi vous comme de simples particuliers, et ils ne me succéderont pas dans mon ministère; comme s'il leur disait: «Quand je vous ai gouvernés, c'a été pour vous-mêmes et non pour moi. Ainsi je n'ai point de peine à me démettre de ma dignité entre les mains d'un autre. J'ai vieilli dans l'exercice de ma charge, et néanmoins cette longue accoutumance à vous gouverner n'a produit dans moi aucun désir du commandement. Non pro me, sed pro vobis prefui; et longus usus praevinemendi obligatum me in eadum tantu superbia? ut feciat episcopum ad proprie voluntatis arbitrium vivere, et quid insolenter excessum est à subjectis suis, de dignitate audire. Epsilon post, hunc fastum per exempla proborum contraria exagerans: Beatus, ait, Job dicit: Si contempsi subire iudicium cum seruo meo, Job, 31, v. 15. Et tu dicas: Absit, ut digner ad examen venire cum clericis meo! Deus omnipotens per Isaiam clamat: Venite et ergoite me, Isaïa 4, v. 18. Is qui iudicat omnia non designatur à servis argui; tu servis utique cum servo*

muél veut représenter encore aux Israélites combien était grande la faute qu'ils avaient faite, en préférant le règne d'un homme qui avait sur eux une souveraine puissance, à celui de Dieu qui avait été jusqu'alors leur chef et leur roi. Mais avant que d'accuser le peuple, il a soin de se justifier. Et il prend ceux-mêmes qu'il avait gouvernés pour témoins de l'intégrité de sa conduite, afin d'apprendre aux pasteurs que leur réputation doit être si pure, qu'elle soit hors d'atteinte à la calomnie, et qu'ainsi que leurs justes reproches soient utiles à ceux qu'ils reprochent, ils doivent être eux-mêmes irréprochables. Car leur dignité est trop sainte pour souffrir qu'on leur puisse dire selon l'Evangile: Médecin, guérissez vous vous-même. Offrez la poitrine qui est dans votre aré, aïn que vous voyez assez clair pour ôter la paille de celle de votre frère. (Sacy.)

(1) Hebreus 1. Ecce ego, respondere mihi, vel, in me, coram Domino, et coram uno eis. Hinc B. Petrus Damiani l. 4, Epist. 12, coaguit episcopos, qui nolunt se suosque actus à cibis examinari. «Quis, ait, est hic arrogans tumor: quis elationis fastus? quis demum tanta superbia? ut feciat episcopum ad proprie voluntatis arbitrium vivere, et quid insolenter excessum est à subjectis suis, de dignitate audire. Epsilon post, hunc

fastum per exempla proborum contraria exagerans: Beatus, ait, Job dicit: Si contempsi subire iudicium cum seruo meo, Job, 31, v. 15.

Et tu dicas: Absit, ut digner ad examen venire cum clericis meo! Deus omnipotens per

Isaiam clamat: Venite et ergoite me, Isaïa

4, v. 18. Is qui iudicat omnia non designatur

à servis argui; tu servis utique cum servo

ET CORAM CHRISTO EIES. Ab his qui prætorio munere aut simili alio magistratu defuncti sunt, exigu solet publica ac severa ratio obiti ministeri. An excubias egerint, quas exigit

in iudicium venire fastidis? Samuel ultra se argendum nullis accusantibus obtulit; et utrum eos in aliquo violenter opprimeret, inquisivit. Ecce presso sum, inquit, loquitor mihi de me, etc. (Corn. à Lap.)

SI QUENPIAM CALCEANTIUS SUM, SI OPPRESSE ALIQUAM. Reddi possit textus: Si vitæ alicui intulisti, si percussisti, vel: Si quem ei, vel impedit opressisti, vel denique: Si fraude et calunnia quenpiam rebus suis spoliavi; vel: Si amiciū et indulgentiā in aliquem ad justitiae leges violandas adduci passus sum.

Originalis verba, que in fine hujus textus leguntur, ita reddi possunt: Cujus ē manu ego manus accepit, et restituam? Si quid munera accepisse convincat, vel meum ferre probrum, statim omnia restituere. Alter: Si ego manus accepit, et clavis oculis, ut causam illius qui manus obtulit, negligenter, ego illud restituam. Vel potius: Si manus accepimus, et defecis in eo sit oculus meus, si lumina eō converti, si munera ollata me debterentur. Septuaginta alter ac nos in textu Hebreo legerint: Si de manu alicuius cepi quodcumque monus (ad litteram, quod ad placandum et reconciliandum valer) vel calceamentum, respondet coram me, et redam vobis. Priorem interpretationem pronam magis, magisque coherenter ingenio et syntaxi originalis judicamus. Cū rubore perfundimus, os oculosque operimus. Auctor Vulgate aliam interpretationem, quis in hunc sensum trahi potest, secutus est: Si de manu cuiusquam manus accepit, et contemnam illius hostem, restituamque vobis; oculos meos claudam ne illud videam, ne aspicam quidem, restituam non invitam. (Calmet.)

Hinc S. Bern. l. 4 de Consid. mira laudat Gaufridus legatum apostolicum, quod omnia omnino etiam exigua munera spreverit. Non fuerunt, inquit, qui possent legare dicere: Diuitiam Abraham. Ipse vero cum Samuele liberè concionabatur ad omnes: Loquimini de me, etc. (Corn. à Lap.)

Tropologice, quisque debet quotidie iudicium hoc sui peragere per rigidum conscientie examen. Audi S. Bernard, ad fratres de Monte Déi: Discito tibi præesse, vitum ordinare, et mores componere, te ipsum judicare et te apud teipsum accusare, sepe etiam condemnare, nec impunitum dimittere. Sedet accusans justitiam; stet res et temetipsum accusans conscientiam: nemo te plus diligat, nemo fidelius judicabit. Pete à te ipso rationem præterita noctis et ventura diei; tu tibi canonem prescribis, et supervenientis noctis regnum indicito: sic districto numquam aliunde lasciare vacabi. (Corn. à Lap.)

Déclarez si j'ai fait tort à quelqu'un, si j'ai reçu des présents. On peut remarquer que lorsqu'e ce saint prophète rend raison de sa conduite, il parle des calomnies, des oppressions, de l'amour du gain et des présents, qui sont des choses dont les hommes peuvent être jugés, parce qu'elles tombent sous leurs sens. Mais il

republicæ necessitas; an spoliari subjectum sibi populum, et publica commoda ad privatos usus converterint; an repetundarum crimen admiserint, quo forese vulgus residentiam appellat. Quod ab his qui defuncti sunt prefecturæ, exigit res publica, id ultra subire vult Samuel, iudicemque sua vite et cause vult esse Deum, cuius intelligentiam nihil latet; et regem ipsum tunc unctum publicè, atque idem Christum Domini, cuius neque censuram respuit, neque imperium recusat. Putat autem Josephus usque ad Samuelum avide studuisse, suam vitam et mores in publico illo conventu examinari ad severissimum animum, ut non solùm petierit oratione, sed etiam per Deum adjurari populum, ut de suis rebus diligenter statuat, videat, et severè censurâ castiget, si quid in tot annorum administratione peccatum sit. Samuel, inquit, propheta, priusquam comitia dissolverentur, sic est allocutus populum: Adjuro vos per maximum Deum, qui vobis optimis illos fratres, Moysem, et Aaron misit, ut patres vestros ex Ægypto educant, ut absque pudore ac metu omnię affectu alio liberè dicatis, nonquid contra eum et aquam fecerim, vel proprii hæræ cupiditate, vel in alterius cœsugiam gratiam. Coarctate me, si cœsugiam vitulum aut bovem, aut aliud quid tale accipi.

Septuaginta addunt, vel calceamentum, quo nomine exiguum aliquid significant; prorbiatlier enim calceamentum pro re sumitur vilissimam, ut diximus ad illud Amos cap. 2: Pro eo quid vendiderit pro argento justum, et pauperem pro calceamento. Ideo autem in calceores intelligitur sordida et vilis, quia calceamenta sine ulli ferè incremento comparantur, et ipsa objecta sunt, utpote quæ semper calcantur pedibus, neque unquam à fino et pulvere elevantur. Sanus in calce rei significavit levissimum Ecclesiasticus cap. 46, v. 22, cū de hoc ipso Samuelle loqueretur, ex quo forstasse calceamenti nomen sumpererunt Septu-

ne parle point du culte intérieur qu'il a rendu à Dieu, et de cette exacte fidélité aux plus petites comme aux plus grandes choses, qu'il attend de ceux qu'il a honorés de son ministère. Ce saint prophète était trop humble et trop éclairé, pour vouloir ainsi paraître juste aux yeux de Dieu, qui pèse les coeurs et les esprits, comme dit le Sage: Spiritum ponderatur est Dominus. C'est pourquoi il aurait dit sans doute comme S. Jacques a dit depuis: Nous faisons tous beaucoup de fautes: In multis offendimus omnes; ou comme l'apôtre saint Paul: Quoique ma conscience ne me reproche rien, je ne dois pas néanmoins me croire innocent, parce que c'est Dieu qui est mon juge. (Sacy.)

ginta, aut à Septuaginta forsitan Ecclesiasticus: Ante tempus suis ritæ sua et seculi, testimoniorum præbuit in conspectu Domini et Christi, pecunias, et usque ad calceamenta ab omni carne non accepit, et non accusavit illum homo. Ex quo loco conjectare posse videor id quod jam mihi dudum persusi, non longè ab his diebus diem suum obliisse Samuelum, exato videlicet uno anno, aut post illum uno aut altero mense. Quod non obscurè indicat, quod statim adjungitur: Et post hoc dormiuit, et notum fecit regi, et ostendit illi finem vita sua. Quem locum sequenti capite fusus explicabimus.

Et contentam illud hodie, RESTITUAM VOBIS, aut non otiosum, aut ad speciem tantum hoc examen, quod subire studet in hoc hominum conventu Samuel, sed quia nihil retinere cupit alienum, profiteretur quamprimum restitutum iri quidquid contra ius et æquum fuerit ablatum. Id verò, quodcumque fuerit, adeo non amat, aut retinere cupit, ut etiam horreat atque contemnet. Nam qui de rebus prudenter statuant, tam longè absunt, ut in alienis, quæ furto atque calumniā congeressarent, spem locent melioris fortune, ut ab illis potius labem metuant et timeant, quæ non secus possessio-nes evant, et quæ sancti fuerant acquisita, corrumpant, quæ tabes et tinea illa arro-dunt et perdunt, quæ firma sunt et suo etiam in genere nobilia. Quare Habacuc cap. 2, v. 9: Vir qui congregat avaritiam malam domum sue; malà appellatur avaritia, qui rapit aliena, qui congerit non sua: hic enim cum stabilire studeat domum, id est, familiam suam, illam posteris tradit ab aliena possessione labefactat et debilitat, ut sustineat nequeat diuturnitatis pondus. Dixit hoc idem Job cap. 27, v. 18, de alienorum bonorum diruptoribus. Dixerat prius v. 15: Hoc est pars hominis impii apud Deum, et hereditas violentorum. Deinde v. 18: Adficabit sicut tinea domum suam, et sicut custos fecit umbracum. Düm terendo tines sibi domunculan construit, domum ipsam debilitat ac perdit, quia lignum corrum-pit, quod altius diuturnum esset, et mollem sustineret ingentem. Quare oltor, aut hortorum curator et custos, cum erucis aut bruchum in oléribus vident, aut arboribus, usque adeo illis non delectantur, quasi aliquod forent hortorum aut segetum incrementum, ut potius inde grave metuant arboribus aut frugibus malum; atque idem studio curant, quidquid est ejusmodi bestiarum, extingue, et magni aliquid tunc se fecisse

putant, cùm ē suo fundo illas quām procul ablegaverint. Sic de rebus alienis cogitabat Samuel, quas jure plusquam optimo tanguam domesticum malum contemnebat. Neque aliter, qui sapit, de rebus statuere debet, quas per vim aut fraudem acquisitas rebus legitimè comparatis innescit, quæ erunt, quod tinea ligno, erucis arboribus, aut frugibus aurugo, aut pestis denique corporibus, quæ absque illa salutem obtinenter constanter et fir-mam (1).

VERS. 5. — TESTIS EST DOMINUS ADVERSUS VOS, ET TESTIS CHRISTUS EIUS IN DIE HAC, QUA NON INVENERITIS IN MANU MEA QUIPIAM. Solent homines, ubi bene est illis atque jucundè, alter loqui, quām cùm aliquid illis accidit, quod illorum animos morere contraxit. Tunc enim homines, maxime qui leví sunt ingenio atque versatili, alter solent quām ante de rebus sentire ac judicare: aut certè licet idem sentiant, quando aliquid audiunt de se, quod minus adhucbent, alter loquuntur quām sentiunt, aut rem alter interpretantur, aut aliquid afflignant veritati, aut occasione querunt, ut de aliorum famâ indigniū loquuntur. Id ergo nunc cavit prudenter Samuel, dum vitam suam frequenti populo, omnium iudicis examinandam præbat. Futurum enim erat, ut illos statim, antequam dissolverentur comitia, severius reprehenderet, et exprobaret aut vesaniam, aut ingratii animi detestabile vitium, cùm Deum abjecissent, à quo tot modis ante fuerant ornati, et ab homine mortali gubernari maluerint. Quare timere poterat, ne in vitam suam durius animati, et reprehensione exelucrati vehementi, aut aliquid fingerent falsò, aut que nunc probant, iniquis improbarent: quocirca nunc de sua integritate publicum et frequens advocat testimonium.

Deinde quia cùm iniqtias os soleat obstruere

(1) VERS. 4. — NON ES CALUMNIATUS NOS, NEQUE OPPRESSISTI, NEQUE TELESTI DE MANU ALICUIUS QUIPIAM. Ferrandus Diaconus Carthag. hoc Samuels exemplum belli dubius imitandum proponit. Sic enim scribit Regulus I Innocentie militaris: « Dux, ait, in suâ administratione, non præsse diligat, sed prodesse; imitetur bonis actibus Simeonem; comparet sibi liberam fiduciam veneranda et honestatib; ut ingentia fronte dicere valeat subiectus sibi, sicut dixit Samuel: Ecce adsum ego, etc., aut de manu alicuius accepit pro exhortatione vel calceamentum, etc. Et respondeat etiam ei, quod dixerunt ad Samuel: Nemini nostri nocuisti. O quām glorijs dux erit ante faciem principis, qui ista audire meruerit! » (Corn. à Lap.)

eorum in quibus aliquid est pudoris et mentis (nam de his qui jam frontem perficerunt, alia ratio est), neque quisquam audet alii quidquam objicere, si conscius animus aliquid agnoscat, quo ab aliis sentiat objici posse; quod ex innocentia explorata audaciam conciperet ad reprehendendum, probatam vult prius Israeli toti suam innocentiam.

Causam aliam adducit Chrysostomus, cur hoc consilium Samueli placuerit, et quid in eo præsertim spectaverit, tom. 5, homil. in dictum Apostoli: *Utinam tolerassetis paululum*; ubi ostendit eo consilio suas laudes. Samuelem prædicari voluisse, ut formam novo regi re-publicam administrandi præscriberet. Quia salutem, inquit, hominum duxat specta-
vit, illi gubernatorem ad sui expressit imi-tationem, in ea oratione, quâ de gestis suis rationem dedit. Nam cùm ignorans sciret odiosumque regem adhortari, qui omnia co-ran erat auditurus, atque illi seu formam præscribere rupibilex, quâ scilicet man-suetus esse debeat, quâ moderatus, quâ procul à muneron corruptione, ut nemini viri inferat, ut nemini sit injusus, neque diuīlis congerendis studeat; ruris tacendo cunctus populus in prædam traditus fuisse, prætextu excusationis utrumque periculum declinavit, illum docuit, cuiusmodi gubernatorem esse conveniat, simulque vivit quidam doctrina. Siquidem videtur circa res suas occupatus, instruit tamen, et prescribit, quanto studio, quâve viâ subditorum com-modis advigilare par sit. Lega totam homi-niam, quæ mirè extollit hoc Samuels examen, et quod in eo virtutes et optimi viri documenta præueant.

VERS. 6. — DOMINUS, QUI FECIT MOYSEM ET AARON (1), ET DUXIT PATRES NOSTROS DE TERRA EGYPTI. Hic clausula imperfecta est, que constare non potest, nisi aliquid suppleas. Neque meo iudicio obseruum est, quid suppleri debeat. In aliquibus codicibus est, *adest*. Quod si admittamus, nihil est, quod addas, aut requiras, tunc autem illud, *adest*, ad Dominum referatur, et illum testem esse significat; nam testis adesse debet, et illa nôsse, ad quorum fidem illius testimonium advocatur. Sed licet

(1) Septuaginta: *Testis Dominus, qui fecit Moysem et Aaron. Codices quidam Latinum legunt, adest, Deus scilicet; sed in Hebreo, Vulgata, et Chaldeo, prepositio sine verbo relinquitur suspensa. Faceris usurpatum inter-dum pro eligere, in munere aliquo constituere,*

vox illa non addatur, est tamen eadem omnino sententia. Illud enim, *testis*, quod antecessit proximè, repetendum est, in hunc sensum: *Vos affirmatis, Deum esse testem; idem ego assero, et illum etiam testem voco ejus integritatis, quam in me omnes fuisse confitemini. Aut etiam testem advoco, quod id ad extremum vobis edico, quod ex usu vestro futurum esse arbitror, et ad quod me et gentis meæ charitas, et officii ratio ad extremum cogit. Sicut ante Moyses, cùm ex prefecturâ discussurus esset et vita, documenta dedit populo, quem oratione dignitatis et severitatis plena reprehendit, Deuter. cap. 52, testes advocabit eccliam et terram: Audite, eccl., que loquar; percipe, terra, verba oris mei.* Et Isa. cap. 1, v. 2: *Audite, eccl., et auribus percipe, terra.* Sic etiam hoc loco videtur voluisse Samuel adhibere Deum testem, quod populum admonuerit edixeritque, quid opus esset factum, si se, remque publicum incolumente esse vellet. Quod etiam fecit Paulus Actuum cap. 20, v. 26: *Quapropter contestor vos hodiernâ die, quia mundus sum sanguine omnium, etc. Attende vobis, et universo gregi. Et Epist. 2 ad Timoth. cap. 4, v. 1: Testificor coram Deo, etc., prædicta verbum.* Et in hanc posteriorem sententiam magis iudicio.

VERS. 7. — NUNC ERGO STATE, UT JUDICIO CONTENDAS ADVERSUS VOS (1) CORAM DOMINO. Quando jam constat ab omni labe puram fuisse Samuels vitam, neque esse quidquam, quod populus accuset, ipse audaciter objurget popu-lum, et Deum, quem prius testem advocavat, nunc judicem appellat, in cuius conspectu quid in populo reprehendat, et exprebret, proponit. Objicit primum, quod fuerit a Domino beneficis ornatus; deinde quam gratiam pro tam effusa liberalitate reddiderit, cum salutem suam hominum solerit ac fidei po-

(1) Reddi potest textus: *Venite hodiè, et sistite vos, et ego judicabor vobiscum coram Domino. Venite, ut unâ mecum iudicium Domini subeat. Judicialis vocant formula est ad communem iudicium: Diem vobis dico apud Dominum.*

De omniis misericordiis Domini. Hebreus: *De omnibus justitiis Domini. Septuaginta: Anuntiabo vobis omnem justitiam Domini. Symmachus redditum, ut et Vulgata, misericordias Hebreum illam vocem, quem redi quidem solet, misericordia. Revocabo vobis in memorem omnia à Deo vobis practicata, tum quae in vestrum commodum, tum etiam quae ob criminia vestra punienda gessisti. Suscipit Samuel defen-dere causam Dei adversus populum, justitiam Domini assercere, et populi iniuriam aperire.* (Calmet.)

tibus, quâ Dei potentia, cuius sæpè clementiam et fidelem manum in rebus quibusque arduis experti fuerant, commendare voluerint, cum regem optent hominem, Deum regem et dominatorem abieciant.

VERS. 8. — QUOMODO JACOB INGRESSUS EST IN EGYPTUM, ET CLAMAYERUNT PATRES VESTRI AD DOMINUM, ET MISER MOSEM, etc. Quærerit Abulensis q. 9 et 10, quare Samuel exempla renovet antiqua, et innumeris aliis prætermissis pænorum meminerit, quæ nos statim, prout commentatio[n]is ratio postulaverit, exponens. Rationes adducit varias, quas cuilibet apud ipsum vide promptum est. Ego aliam invenio, quæ mihi magis placebat, alia fortassis non item, quam tantum producam, ne longior sim. Petiti populus dari sibi regem, sicut ceteræ habent nationes, cùm rex Ammonitarum Nas bellum instruebat contra Israel, animo usque ad eos infuso ac barbaro, ut nonnisi dextris effossis oculis, fiedis cum illo pacis iniuria voluerit. Ea res ita concusserit timidorum animos, ut statim de comparando exercitu et imperatore designando cogitarent. Quare cùm antiquum belandi rationem minus probarent, novam exquirunt, et regem optant, quem regi Ammonitarum opponant. Id constat ex v. 12, ubi sic ad illos Samuel: *Videntes quid Naas rex filiorum Ammon venisset adversum vos, dixistis: Nequam, sed rex imperabil nobis.* Quasi dicent, nostram communemque salutem nonnisi regis fidei atque tutela committimus. Ut autem illos Samuel aut stuporis aut ingratis cajusdam oblivionis coagulat, repetit non omnia beneficia, que Deus superioribus seculis in populum illius assidue contulit, sed quæ illos in eo rerum articulo confirmare, et ad benē de bellorum exitu sperandum excitare debuissent. Quare narrat, quoties populus aut timuerit talia, qualia nunc, aut etiam talia patreterit, qualia nunc populus horret, et declinare studet; et tamen Deus, qui regnabat in populo, dices præfecerit, et judices, qui auspice ipso, atque favente Domino, ab illis expedierunt malis, et illa depulerunt pericula, quæ ab humana potestate propulsari posse non videbantur. Neque necesse fuit, ut homines regem sibi aut ducem eligerent, ipse enim assumebat, neque illus fuit, qui modò vocatus esset a Deo, qui non obtinuerit quod futurum erat populo ex usu. Quod faceret etiam tunc Samuel deinceps, multo fortassis melius quam Saûle rege. Nam Samuel conscriptum exercitum secutus est, et illius consilio res admini-

strata. Jam excutiamus singula, et eo se habuisse modo, quem expressissim, seorsum exploremus.

Cum durius vexarentur Hebrei sub Pharaonis iugo, neque spem haberent ullam emergendi ex conditione miserâ et ministerio soldido, ultra Deus, qui in eo populo regnabat, evocavi Moysen à pastoritâ curâ, et sepulcru[m] provinciam illam recusantem adiegi, ut populum in libertatem assereret. Quod tandem consecutus est, non quidem sui viribus aut industria, sed quia Deus qui primus erat dux, illi aderat, armabatque in Egyptiorum cladem quod in naturâ maxime videbatur horribile. Cum autem postquam inducti sunt in terram Promissam, et in regione Chananitide collocati dereliquerint Deum, et ad deos deusque gentium à verâ patriâ religione difluenter, traditi sunt alienæ potestati, cui non alter, quæm parentes olim Pharaoni, servicerunt. Quare fuerunt aliquando Madianitis, nonnunquam Moabitis et Palestinis jam ante, et proximis etiam temporibus addicti. Elegit tamen, cùm maximè premerentur ab externo et crudeli dominatu, Deus optimos duces, illosque celestis virtute communivit, ut non solim in libertatem assereret captivum populum, sed etiam antiquos dominos conversâ formâ ipsorum servituti subjicerent.

Subjecit Deus, ut habes Judic. c. 4, Israel Jabin regi Chanan, qui regnabat in Asor, cui dux erat nomine Sisara; Deus tamen elegit Barach, pugnandique provinciam et modum edidit per Debboram prophetidem; et item ita breviter et feliciter confeicit, ut nemo dubitare possit, divinam ibi manum intercessisse. Quod in suo cantico eecincernit Debora et Barach, qui in eo exercitu videbantur esse duces, c. 5, v. 20: *De eælo dimicatum est contra eos: stellæ manentes in ordine et cursu suo, adversus Sisara pugnaverunt.*

